

Tertia est denominatio, que a rebus propinquis et finitimis trahit orationem, qua possit intelligi res, que non suo vocabulo sit appellata. Hoc autem fit multis modis¹⁰⁹. Unus modus est, qui ab invento vel inventore conficitur. Ab invento denominatur inventor sic: Si quis per loycam demonstraret Aristotelem, per medicinam Ypocratem, per rethoricam Tullium, per libidinem Venerem. Ab inventore denominatur inventum ut illud: *Sine Cerere et Bacho friget Venus*¹¹⁰. Vel si dixerimus: Pulcer est Tullius, pro: pulcra est rethorica; utilis est Ypocrates, pro: utilis est medicinalis scientia. Alius modus est, cum denominatur utens ab instrumento, ut, si diceremus: *Bene te compsit pecten et novacula te abrasit et forfex^d tuam cesariem adequavit*¹¹¹, pro barbitonsore, qui talibus utitur instrumentis. Alius modus est, cum denominatur id, quod fit, ab eo, quod facit, ut, (cum) ab aliquo ebrio dehonestata fit aliqua matrona, dicamus: Ebrietas istam incestavit matronam, id est luxuries ex ebrietate causata. Aut cum denominatur id, quod facit, ab eo, quod fit, ut, cum dies sit effectus solis¹¹², dicamus: Clara est dies ista, id est clarus est sol. Et cum pallor sit effectus formidinis, dicamus: Formido pallet, vel pallor occupavit illum, id est formido vel timor occupavit illum¹¹³. Alius modus^e est, cum illud, quod continetur, denominatur ab illo, quod

d) forvex Hs.

e) übergeschrieben Hs.

Insulis, De Planctu Naturae XVIII Z. 86: *Thersites, turpitudinis pannositate vestitus* (H ä r i n g S. 876). Die Aufzählung Paris – Thersites – Davus findet sich ebenfalls bei Alanus, De Planctu Naturae IX 27–30 (H ä r i n g S. 843).

108) In der Antike offensichtlich keine Verbindung zwischen noctua und Häßlichkeit. In der Bibel gehört die noctua zu den *aves immundae* (Lev. 11, 16; Deut. 14, 15). Die einzige mir bekannte Verbindung zwischen noctua und Häßlichem findet sich bei Alanus, De Planctu Naturae II Z. 168: *Illic noctua tante deformitatis sterquilinio sordescbat*. (H ä r i n g S. 815).

109) Zur Definition und zu den folgenden Unterabteilungen (vgl. den Text Rhet. Her. IV 43 nach A c h a r d S. 182f).

110) Vgl. das entsprechende Beispiel Rhet. Her. IV 43 (A c h a r d S. 183). Das Zitat stammt aus Terenz, Eun. 732: *Sine Cerere et Libero friget Venus*. So zitiert auch bei Charisius, ars gr. IV (K e i l GL I S. 273), Diomedes, ars gr. II (K e i l GL I S. 458) und Isidor, Etym. I 37, 9.

111) Zum Gebrauch der Instrumente des Barbiers vgl. Galfridus de Vinosalvo, Poetria Nova 978–983, F a r a l S. 227.

112) Vgl. Matthäus von Vendôme, Ars versificatoria IV Nr. 30, der Vergil (ecl. IX 52) zitiert mit der Erklärung: *Sol enim est efficiens causa diei* (F a r a l S. 187).

113) Pallor für timor, pallere für timere bei Galfridus de Vinosalvo, Poetria Nova 973; 975; 1556 (F a r a l S. 227 und S. 244); ders., Documentum II 3, 47 (F a r a l S. 293); Isidor, Etym. I 37, 10: *timor pallidus*, eo quod pallidos homines reddat.